

415

C O D I C E S I

416

- CCXLVIII.
- U. 23 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 315. f. per quinque columnas luculente exaratus, rubricis distinctus, olimque *Joannis Alexandri Brassicani philosophi ac Jure Consulti*, ut ait Folium praeivium, et ipsa Theca exterior literis I. A. B. impressis testatur, dein a. 1540. emtus pro Collegio suo ad D. *Nicolaum a Job. Fabro* egregio illo *Vienn.* Episcopo, est speciosum Exemplar *Concordantiarum Biblicarum* ita ordinarum, ut post quamvis vocem continuo citentur Scripturae loca, quibus vox illa habetur. Initium absque Praeloquio, ut in Codice praecedenti, quocum ejusdem rationis est. Finis in *Zorobabel*. Subiectum minio: *Expliciunt concordantie minores*. Primitivas has esse ab *Hugonē de S. Caro* in Conventu FF. Praed. ad D. *Jacobum Parisiis* Sec. XIII. medio elaboratas bene docetur in *Biblioth. Scriptt. Ord. T. I. p. 203.* dicique ideo *minores*, quod citationes solum, non vero particulas ipsius sacri Textus exhibeant, quas particulas cum Sodales quidam *Angli* postea adderent, eorum *Concordantiae Majores* sive *Anglicae* dici coepere.

CCXLIX.

- R. 3242 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 392. 8. non una manu, nitide tamen perscriptus, rubro enotatus, et olim *Bibliothecae Civicae Vindob.* in Theca antica intus manu Sec. XV. insigni-

tus est: *Allegatorium aureum super omnes textus Novi veterisque testamenti*. Pertinet vero ad illud Adjumentorum genus, quod *Concordantias* Biblicas adpellamus, et procedit ordine alphabetico non per omnes, sed praecipuas Dictiones biblicas, quarum usum sub uno conspectu ponit citatis Libris, eorumque Capitibus. Init ita: *Abominatio*. Luc. XVI. *Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus. Deus autem novit corda uestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum.* Math. XXIII. *Cum uideritis abominationem desola. &c.* Prov. XV. *Abominatio est domino uita impij &c.* Sequitur *Abicere. Abscondere. Abstinerē. Accedere. &c.* et ut plurimum verba, pauciora nomina. Postremum est *Zelus*, post quod pro Litera A. subplentur *Angelus* et *Anima*. Utilis aevo suo Verbi divini Praedicatoribus Opera, ut erant *Hugonis a S. Caro* *Concordantiae*, *Petri Berchorii* *Reportorium*, *Ant. de Rampegollis* *Figurae Biblicae*, *Nic. de Hanapis* *Exempla Biblica &c.*

CCL.

Codex chartaceus germ. Sec. R. 750 XV. Folior. 78. f. per duas columnas exaratus est Versio noti Libri dicti *Consolatio Peccatorum*, sive *Processus Luciferi contra Jesum*, seu denique *Belial*, quem exeunte Sec. XIV. ut *Processus* judicarij formam aliquo schemate declararet, commentus est *Jacobus de Ancharano*, sive *Tberamo* Archi-

Archidiac. *Averfanus* in Regno *Neapolitano*, quemque jam anno 1472. prelo produxit *Augustae Job. Schüsslerus* f. nisi anterior etiam fit Editio loco, annoque carens pariter f. Eodem anno, locoque Versionem nostram impref-

Codex.

*In den nam der heyligen vnd vngeteilten driualtkait vnd vnser fraw dy ewigen magt, Ich hab gedacht ich well mich versuechen, ob ich zw teuffsch mocht pringen das puechel Das da betracht, ob Ihesus marie sun des recht hab gehabt, das er dy hell vnd dy tewffell hab berawbt &c.*

Pauculas illas differentias progressui Seculi, et secundis curis adtribue. Cum enim Editio facta fit a. 1472. Codex scriptus est attestante calce Anno XVII°. id est 1417. Additur: *Ich Johannes Plumell.* Hunc porro, ut non tantum Scriptorem, verum ipsum etiam Interpretem habeamus, mea quidem opinione nihil obstat.

CCLI.

R. 828 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 208. f. per duas columnas exaratus, rubricis enotatus, et quondam ad nobilem *Trenbachiorum* Stirpem pertinens sequentia continet: I. *Tractatus de Antichristo et Discipulis eius &c.* Ita Capitum Rubricae jam Latinae, jam Germanicae sunt. Incipit: *Denis Codd. Theol. V. II. P. I.*

fit primum *Gunth. Zeinerus* f. Secutae plures Editiones cum Latinae, tum Germanicae, ut Bibliographis notum. *Nostram* dico Versionem; id enim e collatione manifestum fit. En Praefationis specimen:

Editio.

*In dem namen der almächtigen vnd vngeteylten triualtigkeit vnd Marie der ewigen magt zu lob vnd zu eren allem hymelischen höre Ich hab gedacht ich wöll mich versuchen ob ich zu teütsch müg bringen das buch daz do trachtet ob jhesus Marie sun des recht hab gehabt daz er die belle vnd die teüfel heraufs beraubet &c.*

*Wann manig in Diser welt sein, Dy layder Dy saligen ler Der prediger nicht achtent, Vnd noch Dy beylig geschriff selbst nicht wellen lesen noch lernen, Vnd darumb Das sy Der hayden puech ettlich taijl gehört haben, so wänent sy maister vnd phylosophy ze sein &c.* Post hunc Prologum Opusculum ipsum orditur a loco *Isidori de summo Bono* et decurrit per Capita XXIV. quorum ultimum praenotatur: *De punitione anticristy.* Rubricae hae Latinae argumento sunt, Commenta isthaec ex illa Lingua in vernaculam conversa fuisse. Autorem tamen non reperi.

II. fol. 29. p. 2. sequitur aliud de Iudicio extremo hac Rubrica: *Von dem jungsten tag vnd gottes gericht.* Initium est: *Der heilig herr*